



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

140 Quando plures creditoris heredes vnico teneantur esse contenti  
procuratore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

vis heredes  
pluribus pos-  
sint uti pro-  
curatoribus,  
plures verò  
Rei heredes  
non item.

140  
Quando plu-  
res creditoris  
heredes unico  
teneantur esse  
contenti pro-  
curatore.

141  
Exemplum in  
actionibus ex  
A Edilitio e-  
dicto.

non nisi pro sua parte possunt agere (quod est  
facilius debitori propter solutiones particula-  
res) nec illorum, litem prosequi vel alioquin  
agere fortassis nolentium, pars alijs coheredi-  
bus accrescit ampliùs post familiæ heriscūda  
iudicium semel inter ipsos finitū seu post par-  
tes hereditatis vnicuique suas iam distributas.  
Itaque si vel nondum diuiserint hereditatem  
vel saltē pro indiuiso sibi reseruauerint actio-  
nes hereditarias hi creditoris defuncti here-  
des numero plures, non nisi per vnum quo-  
que poterunt agere Procuratorem. l. quod si  
nolit. §. si plures. π. de ædilit. edict. vbi ad re-  
dhibendum ex ædilitio edicto seruum plures  
vnius emptoris heredes inter se consentire de-  
bent ac vnicum dumtaxat dare Procuratorem;  
ne scilicet alijs quidem redhibentibus, alijs verò  
quantò minoris experiuntibus, iniuriam  
patiatum venditor dum ab alijs partem serui re-  
cipere cogeret (pretio pro eadem parte re-  
fuso) alijs quantò minoris condemnaretur;  
quo fieret vt ille seruus venditori cum poste-  
rioribus hisce communis esset etiam inuito,  
quod esset iniquissimum. quare vel totus ho-  
mo redhibendus erit, quod intra sex menses à  
venditione fieri oportebit, vel omninò non  
redhibendus; relicta scilicet agendi quantò  
minoris potestate, sed intra annum dumtaxat  
vtilem. l. sciendum. §. tempus. π. de ædilit. e-  
dict. Si quis rationem desideret cur plures v-  
nius eiusdemque litigantis non admittantur  
neque tolerentur in eadem causa Procurato-  
res,